# Prologus

96

Incipit prologus Beati Hieronimi
presbyteri in librum Josue.

TAndē finito pētateuco moy
si velut grandi fenore libe-
rati ad iesum filiū naue ma
num mittimus quē hebrei
iosue bennun.i.iosue filiū nun vocant.
⁊ ad iudicū librū quem sophim appel-
lant: ad ruth quoqꝫ ⁊ hester quos eisdē
nominibus efferunt. Monemusqꝫ lec-
torem vt siluam hebraicorū nominuz.
⁊ distinctiones ꝑ membra diuisas. di-
ligens scriptura cōseruet: ne ⁊ noster la-
bor ⁊ illius studiū pereat. Et vt in pri-
mis quod sepe testat⁹ sum sciat me nō
in reprehensionē veterū noua cudere si
cut amici mei criminantur: sed pro viri
li portione offerre lingue mee homini-
bus quos tamen nostra delectant: vt ꝑ
grecorū hexaplis que ⁊ sumptu ⁊ labo-
re maximo indigent editionē nostrā ha
beant. Et sicubi in antiquoruz volumi-
num lectione dubitarint: hec illis confe
rentes inueniant quod requirunt: Ma
xime cuz apud latinos tot sint exempla-
ria quot codices. ⁊ vnusquisqꝫ pro arbi-
trio suo vel addiderit vel subtraxerit qđ
ei visum est. ⁊ vtiqꝫ non possit verū es-
se quod dissonat. Unde cesset arcuato
vulnere cōtra nos insurgere scorpius. ⁊
sanctuz opus venenata carpere lingua
desistat: vel suscipiens si placet vel con-
tēnens si displicet: meminerītqꝫ illoruz
versuum: Os tuum abundauit mali-
cia: ⁊ lingua tua cōcinnabat dolos. Se
dens aduersus fratrem tuū loquebaris
⁊ aduersus filium matris tue ponebas
scandalū: hec fecisti ⁊ tacui. Existima-
sti inique ꝙ ero tui similis: arguam te
⁊ statuam illa contra faciem tuā. Que
enim audientis vel legentis vtilitas est
nos laborando sudare. ⁊ alios detrahē
do laborare: dolere iudeos ꝙ calūnian
di eis ⁊ irridendi christianos sit oblata
occasio. ⁊ ecclesie homines id despicere
imo lacerare vnde aduersarij torquean
tur: Qui si vetus eis tm̄ interpretatio pla
cet que ⁊ mihi non displicet. ⁊ nihil ex-
tra recipiendū putant. cur ea que sub a-
steriscis ⁊ obelis vel addita sunt vel am
putata legunt ⁊ negligunt: Quare da
nielem iuxta theodotiōis traditionē ec-
clesie susceperunt: Cur originem mirā-
tur ⁊ eusebium pamphili: cunctas edi-
tiones similiter disserērēs: Aut que fuit
stulticia: postqꝫ vera dixerit, ꝓferre que
falsa sunt: Unde aūt in nouo testamen
to probare poterunt assumpta testimo-
nia que in libris veteribus non habent:
Hec dicimus. ne omnino calūniantibꝰ
tacere videamur. Ceterum post sancte
paule dormitionem cuius vita virtutis
exemplum est. ⁊ hos libros quos eusto
chio virgini christi negare nō potui. de-
creuimus dum spiritus hos regit artus
prophetarum explanationi incumbere.
⁊ omissum iam diu opus quasi quodā
postliminio repetere: presertim cū ⁊ am
mirabilis sanctusqꝫ vir pāmachius hoc
idem litteris flagitet. ⁊ nos ad patriam
festinantes mortiferos syrenarū cantus
surda debeamus aure transire.

Explicit prologus. Incipit argu-
mentum.

IEsus filius naue typuz do
mini non soluz in gestis. ve
rum etiam in nomine gerēs
transit iordanem. hostium
regna subuertit. diuidit terram victori
populo. ⁊ per singulas vrbes viculos.
montes. flumina. torrentes atqꝫ confi-
nia ecclesie celestisqꝫ hierusalem spirita-
lia regna describit.

Explicit argumentum. Incipit liber
Josue. Capitulum. I.